

anticipare queant in Choro post Vesperas et Completorium Matutinum cum Laudibus insequentis diei. —

Emus. et Rmus. D. Card. Carolus Maria Pedicini Ep. Portuen. . . . rescribi mandavit: Pro gratia, a Festo tamen omnium Sanctorum usque ad Pascha Resurrectionis excl.“

Atque ita rescripsit servarique mandavit. n. 4924 ad 1 die 22. Maji 1841.

Canonicos Examinatores non lucrari distributiones quotidianas, quia examen potest fieri hora commoda extra tempus, quo tenentur assistere in choro. n. 339 ad 2 die 7. Mart. 1607.

CHRISMA.

a) In Baptismo.

Vd. *Baptismus* (oleum).

b) In Benedictione.

Vd. *Benedictio* (chrisma).

S. CHRYSOLOGUS.

Vd. *S. Petrus Chrysologus*.

S. CHRYSOSTOMUS.

Vd. *Cognomina*.

CIBORIUM.

Vd. *Pyxis*.

CINERES.

(Fer IV. Cinerum.)

1) Benedicens et Missam celebrans.

Vd. *Purificatio B. V. M.*; *Campana*.

Missam solemnem in fer. IV. celebrari debere per distribuentem Cineres. n. 1131 die 26. Mart. 1639.

Episcopum posse cogere per censuras, ut, qui benedicit cineres, candelas etc., prosequatur etiam Missam. n. 1663 die 22. Mart. 1653.

Benedictionem cinerum fer. IV. cinerum, candelarum et palmarum spectare ad primam Dignitatem, modo Officium prosequi et missam canere velit; alias ad hebdomadariam pertinere. n. 1977 ad 1 die 29. Martii 1659.

Benedictionem candelarum, cinerum etc. spectare ad Praepositum Collegiatae, quatenus celebret, sin minus ad Celebrantem. n. 2204 die 17. Mart. 1663.

Absente vel impedito Episcopo jus celebrandi missam spectare ad illum, qui facit benedictionem palmarum, cinerum et candelarum. n. 2299 die 22. Nov. 1644.

Servari potest consuetudo (Cathedralis Conimbricen.), ut fer. IV. Cinerum Canonicus turnarius impedito vel nolente Episcopo, cinerum benedictionem peragat et missam cantet. n. 4233 ad die 14. Apr. 1752.

Ille idem, qui benedixit Cineres . . . debet etiam missam cantare sequentem. S. R. C. 26. Feb. 1628; 12. Apr. 1640.

2) Benedictionis tempus.

Ad dubium: an benedictio publica s. Cinerum prima die Quadrag. facienda sit post Tertiam? S. C. resp.: Servandas esse rubricas. n. 3575 ad 4 die 24. Jan. 1701.

Benedictio publica s. Cinerum facienda in fer. IV. post Dom. Quinquag. non potest fieri post Tertiam sed post Nonam. n. 4136 ad 4 die 19. Jan. 1743. Cf. *Missam conv.* (tempus).

3) Bened. cor. expos. SSmo.

Vd. *Bened. Palmar.* (cor. expos. SSmo.).

4) Dies.

Fer. IV. Cinerum cadens infra octavam — vd.: *Preces* (decr. n. 4044); *Fest. ss. Cord. Jesu* (com. hujus festi; decr. n. 4604).

Non transf. potest Officium in fer. IV. ciner. Vd.: *Ibid.* (decr. 4604); *Dies cinerum. Dies octavae.*

5) Distributio.

a) Finita Missa.

Ad dubium: Utrum Sacerdos in Missa privata Sacris indutus Paramentis possit Cineres distribuere, et Sanctorum Reliquias deosculandas praebere, uti mos est in Veronesi Dioecesi, expleta Missa?

Et quatenus affirmative: an possit sibi imponere Cineres prius imponere genuflexus coram Altare nihil dicens? S. C. resp.: „Affirmative ad primam partem, negative ad secundam.“ n. 4707 ad 5 die 16. Mart. 1833.

b) Ordo Cleri.

Ad dubium: an simplices sacerdotes assistentes Canonico solemniter celebranti in officio Diaconi et Subdiaconi debeant praecedere Dignitatibus et Canonicis in functionibus accipiendi palmas, cineres et candelas? S. C. resp.: Standum esse Caeremoniali Lib. II. c. XVII. n. 2. n. 2240 die 4. Aug. 1663.

c) Ordo Laicorum.

Servandum esse Caeremoniale Episcoporum in distribuendis cineribus, candelis et palmis Consulibus et Magistratibus Plebis prope Centum Bonon. Dioecesis. n. 2535 die 21. Martii 1671.

Magistratus admitti non debet post Canonicos ante Beneficiatos caeterosque de Clero ad Cineres. n. 3915 ad 6 10. Sept. 1718.

d) Per domos.

Guardiano Min. Observ. Reform. non licere se conferre ad domos habitantium sub ejus parochia, eisque distri-

buere in iisdem domibus cineres . . . prout introduci exposuit. n. 2441 die 2. Junii 1668.

6) Distributor.

Vd. *Confessar. Monial.*; Celebrans capite detecto distribuit, vd.: *Purificatio B. V. M.* (modus).

Potestne Distributor sibi imponere Cineres? Vd.: *Cineres* (distributio fin. missa; decr. n. 4707); *Cineres* (Benedicens et miss. celebr.).

7) Modus receptionis.

Vd. *Purificatio B. V. M.*

Hebdomadarii Metrop. Neapolis tenentur recipere cineres genuflexi. n. 4248 ad 3 die 7. Sept. 1754.

8) Qui?

Cineres aridos debere esse et in modum pulveris in Ecclesia universalis. n. 197 ad 6. die 23. Maji 1603.

CINGULUM.

1) Color.

Episcopus Minerv. etiam auctoritate Congregationis Archipresbyterum Corignolae nullius Dioecesis cogat ad deponendum cingulum violacei coloris, quem uti Protonotarius de numero non Participantium defert in pileo, nisi docuerit de speciali Sedis apostolicae indulto. n. 1895 die 8. Junii 1658.

Cingulum esse posse colore paramentorum. n. 3809 ad 4 die 8. Junii 1709.

2) Materia.

Ad dubium: an Sacerdos in Sacrificio Missae uti possit cingulo serico? S. C. resp.: Congruentius uti cingulo lineo. n. 3575 ad 7 die 22. Januarii 1701.

Vd. *Paramenta* (materia).

CIRCULUS.

1) Cui non debetur?

Episcopo Administratori amovibili Ecclesiae vacantis, dum assistit missae sol. ab alio cantatae, Canonici non debent facere circulos ad *Kyrie, Gloria, Credo, Sanctus et Agnus Dei*; sedeat in primo stallo chori. n. 3952 ad 4 die 22. Aug. 1722.

2) Faciendus detecto capite.

Non licere Priori, Praeposito et Canonici uti pileolo in circulis. n. 1602 ad 1 die 23. Jan. 1649.

Vd. *Biretum Canoniorum; Pileolum.*

3) Quando Episc. sumit paramenta.

Ad dubium: an Canonici teneantur facere circulum Episcopo assumenti vel dimittenti paramenta in Sacristia? S. C. resp.: Servetur Caer. et Episcopi sedes ita collocetur, ut ipse respiciat Canonicos. n. 4235 ad 6 die 15. Sept. 1753.

4) Quis facit circulum?

Utrum in Ecclesia *exempta* Canonici Circulum facere debeant? Vd.: *Episcopus assistens missae sol.* (Assistentes extra Cath.)

Vicarius ad curam animarum in Cathedr. deputatus (non Canonicus) non potest cum Canonici circulum facere. n. 616 die 14. Febr. 1626.

Priorem et Canonicos *Ecclesiae Collegiatae* non esse admittendos ad Circulos cum Canonici Metrop., qui fiunt coram Archiepiscopo. n. 732 die 27. Mart. 1628; n. 4031 ad 5 die 12. Mart. 1735.

Debere Canonicos et teneri praesente tantum Archiepiscopo ad *Kyrie, Gloria, Credo, Sanctus et Agnus Dei* circulum facere. n. 888 ad 2 die 13. Jan. 1631.

Episcopus extra suam Cathedr. in Ecclesiis *exemptis* intra fines suae Dioecesis potest ibi celebrare, sibi

assumere *Canonicos* et habere cum iisdem Circulos ad *Gloria* etc. n. 232 ad 1 die 7. Febr. 1604.

Episcopus assistens non potest absentibus Canonici Cathedralis extra Cathedralis quoscumque presbyteros ad circulos vocare. n. 633 die 16. Maii 1626.

Ad dubium: an Episcopus tempore circuli possit relinquere in choro duas Dignitates et unum Canonicum seniores pro substitutione cantus, juniores vero Canonicos cogere ad circulum? S. C. resp.: Posse, deficientibus Cantoribus. n. 2502 ad 4 die 31. Maii 1670. Quando Canonici sunt parati, nunquam accedunt ad Circulos. n. 2944 ad 6 die 1. Mart. 1681.

Ad dubium Canoniorum *Collegiatae* Liburni: an Archiepiscopus, dum assistit missae sol., prohibere valeat Canonicis, quin ei faciant circulum? S. C. resp.: *Affirmative*. n. 3026 ad 10 die 24. Julii 1683; n. 4094 ad 5 die 11. Julii 1739. *Canonicus Episcopus titul.* in missis et vesperis cantatis cum assistentia Episcopi localis tenetur discedere a stallo una cum reliquis Canonici pro faciendis consuetis circulis praescriptis. n. 3976 ad 2 die 10. Apr. 1728.

S. CLARA.

1) Baculus.

Vd. *Rosarium.*

Non licet Monialibus, in Imaginibus s. Clarae pingere Pastorale. n. 1809 die 10. Junii 1656.

2) Festum Translationis.

Cf. *Vesp. dimid.*

Ad dubium Monialium: an Officium Octavae s. Clarae, earum institutricis et patronae praefendum sit Officio Octavae s. Laurentii et Assumptionis B. V. M.? S. C. resp.: Quoad octavam s. Laurentii praefendum esse, quo

vero ad octavam B. V. negative. n. 2184 die 5. Aug. 1662.

Quando recitatur Officium semid. s. Clarae quolibet mense, in 2. et 3. n. recitari debent lectiones de Nativitate ejusdem, quae habentur die 12. Aug. n. 2988. ad 8 die 13. Junii 1682.

3) Nominatio in Confiteor.

Vd. *Confiteor.* (additio licita; decr. n. 5134; 5148.)

4) Oratio.

S. C. resp. PP. *Benedictinis Einsidl.*: In festo s. Clarae v. dicenda est oratio apposita in Breviar. Benedictino romano; *Exaudi nos Deus* etc. n. 4044 ad titul. de *Oratison.* die 5. Maii 1736.

CLAUSURA.

Ad dubium: an Confratres et Consores tertii Ordinis s. Francisci Barchinonae dicantur comprehensi in constitutione a SS. Domino Nostro edita super clausura Monasteriorum quorumcumque virorum Regularium? S. C. resp.: *Affirmative*. n. 4151 die 1. Febr. 1744.

Vd. *Bened. domus et Monast.*

CLAVA IN PROCESSIONE.

Ad dubium: an Canonici Collegiatae Vallettae jus competat in processione utendi clava capitulari? S. C. resp.: Negative in casu; mens autem haec fuit: Si placeat capitulo Collegiatae, ministrum aliquem deputare, qui tenens baculum quomodocumque ornatum turbas submoveat, Ministrum hujusmodi tantum in casu etc. universae processioni praeiri posse. n. 4439 ad 10 sine dato (videtur esse 28. Julii 1789).

Ad dubium: An sit consulendum SSmo. pro reportatione Rescripti Pii Papae VII. concedentis Canonici Collegiatae insig. s. Pauli opp. Vallettae facultatem deferendi in s. functionibus

argenteam clavam senatoriam? S. C. resp.: *Affirmative* et consulendum SSmo. pro concessione Brevis, quo detur Canonici facultas utendi clava argentea intra et extra Ecclesiam exclusis tamen functionibus, quibus intervenerit Capitulum Cathedr. aut s. Joannis Vallettae. Et SSmus. Resp. approbavit. n. 4637 ad 1 die 16. Sept. 1828.

CLAVIS.

1) Pro capsula Stipendorum.

Debeant Regulares omnes et quaecumque eleemosynas tam manualium quam perpetuarum et temporalium missarum reponere in capsula particulari sub duabus clavibus, quarum una penes Superiorem localem, altera vero penes alium a capitulo conventuali deputatum retineatur, ac de iisdem eleemosynis et celebratione missarum coram Patribus discretis seu Conciliariis vel alio simili modo nuncupatis, singulis mensibus distinctam rationem exigere et respective reddere. S. C. Conc. Die 23. Novbr. 1697.

2) Pro Tabernaculo.

Vd. *Coena Dom.* (Clavis etc.)

3) Tangenda in Ordin. ad Ostiariat.

Vd. *Ostiariat.* (Clavis tang.)

CLERUS.

1) Ecclesiae Cathedralis.

Canonici Cath. (praeced. super clerum); *Processio* (crux Cathedralis).

Capellani perpetuo beneficiati Eccles. Cathedr. adscripti aut aliquo modo ei uti de gremio inservientes praeter celebrationem Missae, nomine „Clerus Eccles. Cathedr.“ comprehenduntur. n. 48 die 11. Maii 1593; n. 62 die 24. Aug. 1593.

Clerus, adscriptus Ecclesiae Cathedr. Salern. qui alias non tenetur recitare

Officium *in choro*, sed tantum *private* ratione s. Ordinis vel beneficii, non tenetur, nec etiam *private*, recitare in singulis Sabbatis in B. Mariae, et singulis quintis feriis in B. Matthaei honorem Officium, prout in choro hujusmodi Ecclesiae recitatur. Item nec alii Clerici saeculares nec regulares tenentur. n. 167 ad 1 et 2 die 30. Aug. 1602.

Si sunt Canonici et alii de gremio, extra civitatem et Dioecesim ex justis causis existentes, — decere; alii tales Clerici saecul. et regulares non tenentur. *Ibid.* ad 3.

Et qui sunt de gremio Ecclesiae, recitare debere, prout recitatur in choro. *Ibid.* ad 5.

2) Incensatio.

Vd. *Incensatio Cleri.*

3) Paratus.

Vd. *Processio* (Clerus paratus); *Canonici Cath. et Colleg.* (parati).

4) Saecularis et regul.

Quo loco incedit in processionibus?
Vd. *Processio.*

COADJUTOR.

1) Archidiaconi.

Absente vel impedito Archipresbytero ad Coadjutorem Archidiaconi, non ad alias Dignitates inferiores vel Canonicos ejusdem Ecclesiae pertinere illas functiones, actus et jurisdictiones facere, et exercere, quas faceret et exerceret quocunque jure ipse Archidiaconus, si praesens esset. n. 501 die 14. Jan. 1615.

Non licet Coadjutori Archidiaconi, primae Dignitatis, se ingerere in executione litterarum apostolicarum, quando diriguntur Archidiacono. n. 770 ad 1 die 28. Aug. 1628.

Vd. *Purificatio B. M. V.*

2) Canonicorum.

Coadjutor Canon. (Praecedent.)

a) Canonicus verus non est.

Coadjutores non esse vere Canonicos nec pro talibus habendos esse viventibus Coadjutis sed tantum post obitum Coadjuti; gaudere tamen omnibus privilegiis expressis in ipsa Coadjutoria. n. 345 ad 2 die 16. Sept. 1606.

Coadjutores non esse veros Canonicos nec pro talibus habendos esse viventibus Coadjutis, sed tantum post eorum obitum et in vim praedictae possessionis acceptae in vita Coadjuti non praecedere debere in choro, Capitulo et processionibus publicis veros Canonicos, qui post ipsos Coadjutores succedunt seu de Canonicatu provisusunt. n. 491 die 13. Junii 1614.

b) Distributio.

Non posse Coadjutores lucrari distributiones quotidianas, quando Coadjuti sunt praesentes ex quacunque causa. n. 306 ad 4 die 15. Apr. 1606.

Coadjutores lucrari distributiones quotid. absentibus Coadjutis ad commoditatem tamen et utilitatem Coadjuti. n. 325 ad 6 die 16. Sept. 1606.

Circa distributiones, quae dantur Canonicis vel Praebendatis, quando aliquas missas celebrant, Coadjutores eas non lucrari, nisi quando celebrant pro ipsis Coadjutis. n. 325 ad 3 die 3. Decb. 1616; n. 533 die 18. Mart. 1617.

S. C. mandavit, ut Coadjutores pro Coadjutis absentibus possint lucrari distributiones et supplere vicibus eorum. n. 2058 die 12. Junii 1660.

Coadjutor Canonici justa de causa immunis et exempti a choro, tenetur interesse ut Canonicus lucretur distributiones. n. 675 die 20. Febr. 1627.

Coadjuto infirmo deberi non distri-

butiones quotidianas de distributionibus capitularibus, sed de bursa ipsius tantum Coadjutoris non inservientis pro suo Coadjuto. n. 1235 ad 1 die 2. Julii 1640.

c) Hebdomadarius.

Canonicum juniorem juxta Ecclesiae consuetudinem et non Coadjutores debere Officium facere in locum Hebdomadarii absentis vel impediti. n. 306 ad 5 die 15. Apr. 1606.

d) Obligatio ad quod?

Vd. *Canonici* (Celebrantes); *Coadjutor Dignitatis* (Celebrans).

Coadjutores non teneri nec cogi posse, nisi ad onera dumtaxat Coadjuti. n. 1049 die 11. Maii 1638; n. 1340 die 17. Sept. 1641.

Coadjutores posse tantum obligari ad onera suorum Principalium, non autem etiam ad onera Canonicorum juniorum. n. 325 ad 7 die 16. Sept. 1606.

Teneri Coadjutores celebrare Missas, quas ex vigore Testamenti et Institutionis Capellaniae ipsi Coadjuti celebrare tenentur, quando Coadjuti legitime sunt impediti vel ob senectutem vel aegritudinem non possunt dictas missas celebrare. n. 325 ad 2 die 3. Decb. 1616.

Decreta (circa Coadjutores) ad Officia tantum divina, nempe ad assistentiam quarumcunque precum, officiorum et sacrificiorum divinorum, concionum, supplicationum et processionum: nullatenus vero ad sessiones capitulares vel alias quascunque Canonicorum Congregationes, quocunque nomine nuncupatas, eorumque congressus extendi. n. 2093 die 15. Jan. 1661; n. 3167 die 21. Aug. 1688.

Coadjutor non potest quidquam exercere invito vel nolente Coadjuto. n. 794 ad 3 die 20. Decb. 1628.

Coadjutorem praesente Coadjuto non habere personam assistendi in choro uti Canonicum. n. 1474 ad 1—3, et n. 1475 ad 1—3 die 26. Sept. 1643; n. 1551 ad 1 et 2 die 4. Mart. 1646.

Non licere Coadjutori in diebus, in quibus vacat a servitio Coadjuti, supplere vices Canonici obligati. n. 1488 die 5. Mart. 1644.

Non licet Coadjutoribus Canonicorum, absentibus vel impeditis Coadjutis, inservire pro Assistentibus Episcopo sol. celebrandi vel cum cappa Divinis interessenti. Sed hoc munus spectat et pertinet ad veros Canonicos ordine successivo. S. R. C. die 24. Maii 1636.

e) Pax.

Coadjutores pacem in ultimo loco post omnes veros Canonicos debere accipere. n. 525 ad 1 die 3. Decb. 1616.

f) Possessio.

Capitulum non potest ob senectutem vel aliam causam Coadjutores Canonicorum eximere et jubulare. n. 306 ad 1 die 15. Apr. 1606.

Coadjutorem debere habere post mortem Coadjuti novam possessionem nec sufficere primam possessionem vivente Coadjuto, superveniente tamen titulo Canonicatus post Obitum Coadjuti censi sibi mutasse causam possessionis, nisi aliud appareat.

Coadjutores, quibus non est data nova possessio post obitum suorum Principalium, esse tutos annales, triennales seu decennales possessores, si per annum, triennium vel decennium continuaverint in sua possessione post obitum Coadjuti.

Coadjutorem debere capere novam possessionem post mortem Coadjuti nec sufficere primam possessionem captam vivente Coadjuto. n. 517 die 30. Jan. 1616.

Secundum Coadjutorem, qui adeptus est possessionem Canonicatus per mor-